





LOHNER
—
BIBLIOTHECA
MANUALIS
CONCIONATORIA



4

BV4224

L6

v. 4

1869-74

008687



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080015297

R. P. TOBIAS LOHNER

BIBLIOTHECA

MANUALIS CONCIONATORIA

ORDINE ALPHABETICO DIGESTA.

TOBIAS LOHNER

BIBLIOTHECA

MANUALIS CONCIONATORIA,
ORDINE ALPHABETICO DIGESTA;

Novis titulis adaucta; sententiis SS. Patrum et Doctorum illustrata;
Similitudinibus, Motivis, Mediis et Doctrinis Asceticis locupletata;
ingeniosis pro formanda concione in omnia themata conceptibus referta,
ac indice concionatorio in Evangelia festorum et dominicarum, necnon indice generali adornata.

EDITIO NOVISSIMA ET ACCURATISSIME EMENDATA;

AD COMMODIOREM USUM IN QUINQUE TOMOS DISTRIBUTA,

CUI ULTIMO ACCEDIT OPUSCULUM:

INSTRUCTIO PRACTICA DE MUNERE CONCIONANDI, EXHORTANDI ET CATECHIZANDI;

TOMUS QUARTUS



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

LUTETIÆ PARISIORUM,
APUD HIPPOLYTUM WÄLZER, BIBLIOPOLAM EDIVOREM
Viâ vulgo dictâ de Vaugirard, 21.

M DCCC LXXIV.

45297

BV4224

L6

V.4

1869-74



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

1888

BIBLIOTHECA

MANUALIS

CONCIONATORIA

POENITENTIA

QUOAD ESSENTIAM

DEFINITIO. — Est virtus, qua peccata nostra ut sunt Dei offensa detestamur, et eadem efficaciter expiare, et deinceps, cavere statuimus; nam poenitentiam agere, teste sancto Gregorio, est perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. (S. GREG. hom. xxxi, in *Evang.*) Hinc, ut vult Lactantius, Graeci recte Metanoem vocant, seu respicientiam: respicit enim, ac mentem suam quasi ob insania recipit, quem errati piget, castigatque seipsum dementiae, et confirmat animum suum ad rectius vivendum. LACTANT. l. VI, *inst.* xxiv.

DIVISIO. — Dividitur in *publicam et privatam*. Ista est, qua privatim quisque sua peccata plangit, et pro iisdem satisfacere conatur. Illa est, qua pro peccatis publice commissis publica sit satisfactio; et haec iterum subdividitur in *solemnem*, quae cum praescriptis ab Ecclesia caeremoniis et formulis peragitur, et olim nonnisi pro gravissimis criminibus imponebatur, et quidem semel tantum, tum ne vilesceret, tum quia erat sollemnis professio non redeundi ad publica scandala, sicut Baptismus est sollemnis professio non redeundi ad infidelitatem; et non *solemnem*, quae absque consuets solemnitatibus publice

peragitur, ideoque saepius repeti, atque etiam Sacerdotibus (quibus sollemnis prohibebatur) imponi poterat. BEHL. in *Theatro*. V. *Pen.*

ACTUS. — *Peccatum agnoscere*: ad exemplum Davidis dicentis: Non est sanitas in carne mea a facie ire tuae: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, et sicut onus grave gravatae sunt super me. (PSAL. xxxvii, 4.) De quo actu S. Cyprianus sic loquitur: Primus felicitatis gradus est, non delinquere; hinc succedit medela, quae sanct. S. CYPR. *epist.* III.

Erubescere ob peccatum: juxta illud Dei vaticinium: Et recordabimini ibi viarum vestrarum et omnium scelerum, quibus polluti estis in eis: et displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis, quas fecistis. (EZEC. xx, 41.) Super quae verba Eusebius Emisenus, vides, inquit, quia jam non parva pars meriti est, ad conspectum erubuisse peccati. (EUSEB. in *hom.*) Vere enim, teste S. Augustino, verecundia magna est poena; qui erubescit pro Christo, dignus fit misericordia. S. AUG. *de pen.*

Confiteri peccatum: cum Davide: Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; et: Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. (PSAL. cx, 4.) Nam ex eo inusquisque justus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit.

Dolere de peccato; nam qui peccata confi-